PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 61r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



lumen uidimus. Et in curis brachiis he-
reticorum pars maxima est dispersa. Hic cer-
te gloria uirtutis nostre transferens utrumque
testamentum ex hebreorum lingua in grecam
pariter et latinam disponensque ipsum poste-
ris in eternum declarans enigmata et
obscura dubia et nodosa preparans officiorum
seriem cunctis ecclesie ministris totam pe-
ne ecclesiam edificauit. Vnde bene magnus
apparet in sapientie ineffabilis profundi-
tate. Liberales autem sciencias ita perfecte
sciuit ex relatione omnium nullus sibi similis
apparet. Adhuc descripturis uero sacris
uti multarum suarum epistolarum hebraicorum
grecorum. Caldeorum persarum. et medorum ara-
bicorum et pene omnium nacionum linguas
et litteras tamquam si fuisset in illis natus et
educatus sciuit. Quid plura dicam.
Que hyeronimus ignorauit nullus hominum ī natiua
umquam sciuit. Non me ista uenerabilis
pater ex times dicere. ut putem te hye-
ronimi et uitam et uirtutes per me scire
cum sibi socius extiteris multo tempore. Sed
testor deum quoniam ob tam ineffabilis uiri
sanctitatem si uoluissem tacere non potuis-
sem. Confitentur mirabilia et sanctitatem
suam et ipsi celi in quibus manus maioris glorie
quantitate quam multorum sanctorum habitat sine

61